

IN
IOELEM PRO-
PHETAM HOMELIÆ,

FRATRIS MATHV-
rini Quadrati Ebroici, Sodalitij
Franciscani, Doctoris

Lud. Clivio Parisiensis. Arzpo.



PARISIIS,

Apud Michaëlem Sonnum, via Iacobæ
sub Scuto Basiliensi.

M. D. LXXXII.

CVM PRIVILEGIÒ REGIS



REVERENDO DOMI-
NO ANGELO IUSTINIANO

*Gebenensium religiosissimo Epif-
copo & Principi, F. M.*

Quadratus S. P. D.



V A in Rempublicam
Christianam maxima &
maximè immortalia me-
rita digna essent, p̄sul
doctissime, ut posteritati
ab aliquo homero (quod
summis votis de se fieri
optabat Alexander ille
magnus) mirifice commendarentur, quò reli-
gionis catholice Antistites ad tam preclara
tandem concitarentur & accenderentur pie-
tatis studia & officia, in gregisque sui diligen-
tiores curam tota mente incumberent, ne
Iuporum rapacium ferocitas modo atrocior
quàm vnquam fuit, & vulpina magis fraude
recta adeò inhumaniter tandiu sæuiret ac
grassaretur. mihi sanè cum primis venit in mè-
tem eorum, quæ in comitiis Potiacis, ante-
quam ad Episcopi munus vocatus esses, virili-
ter atque constanter egeris, & quonam pacto
Ecclesie Catholice totum negotium aduersus
Sathane ministros, qui illuc vndiquaque con-
fluxerant, inuicto animo sustinueris. Summi
Pontificis legatus Ferraricnsis ex omnibus



IN
IOELEM PROPHE TAM
HOMILIAE, F. MATHVRINI
Quadrati, Doctoris Parisiensis,
Sodalitii Franciscani.

HOMILIA PRIMA.

Verbum domini, quod factum est ad Ioel filium Pabuel. Audite haec senes, & auribus percipite omnes habitatores terrae: si factum est illud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum? Super filiis vestris narrate, & filii vestri filiis suis, & filii eorum generationi alterae.



HIVS Vatis Ioëlis, quem pro concione sum explicaturus (eius beneficio & gratia fretus, cuius instinctu afflatuque ipse correptus diuina fudit oracula) tanta fuit in ecclesia autoritas, ut D. Petrus in priori sermo-
ne, quem Hierosolymis habuit, nullum praesentius & efficacius sacrae scripturae testimonium reperire potuerit, quo Apostolorum perfidos irrisores refutaret, atque simul praecipuum Christianae religionis caput, nimirum de Spiritu san-

Act. 2